Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum XXXVI

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

et tibi soli adherendo reddat tibi ea que de
tua gratia a te percepi in ipsis tibi fideliter
serviendo. Da etiam michi ut carnalem et
mundanam conversationem que sterilis est
fugere ac spiritualem et celestem sectari
valeam ut gloria resurrectionis innovatus
cum angelis dei in celo immortalitate frui
merear et presentia tui visione amen. De pharisei
et magistri actione sollicite legis mandato

Pharisei vero audientes et
gaudentes quod sapienti responso
silentium imposuisset sadu-
ceis non habentibus quid
amplius dicerent contra re-
sponsionem eius convenerunt in unum
ad ipsum alio modo invadendum et vene-
runt magna multitudine ad magis eum
terrendum unde Criso. Convenerunt
in multitudine ut vincerent quem ratione
superare non poterant. A veritate nudos
se esse professi sunt qui multitudine se arma-
verunt. hec Criso. Recedentibus phariseis ve-
nerunt saducei et iterum recedentibus sadu-
ceis venerunt pharisei temptantes eum fre-
quenti congressu fatigare et sub et subvertere
licet enim contrarii essent in opinione de re
immortalitate et mortuorum tamen
conveniebant in christi persecutione unde Jeronimus
Sicut de herode et pontio pilato legimus in domini
nece eos fecisse concordiam hoc etiam nunc de
phariseis cernimus ad saduceis qui inter
se contrarii sunt sed ad temptandum ihesum
pari mente consentiunt. Et unus ex eis scri-
ba et legis doctor accessit et temptans ihesum
in sermone capere dixit. Magister quod est mandatum
magnum non in lege id est preceptum. Interro-
gavit temptans non scire desiderans non
ut disceret sed ut deciperet unde Criso. Ma-
gistrum vocat cuius non vult esse discipulus
de mandato magno interrogat qui nec
minimum observat. Ille enim debet interrogare
de maiore iustitia qui iam minorem com-

plevit. hec Crisostomus. de hoc autem interroga-
vit quia circa hoc tunc erant opiniones quidam
enim dicebant sacrificia et oblationes ma-
gis placere deo quam opera caritatis alii di-
cebant contrarium quod magis est verum
Et ait illi ihesus diliges dominum deum tuum
ut dicit Criso. non dixit time sed dilige. in-
quam est servorum. diligere filiorum. Non dixit
etiam cognosce sed dilige. cognoscere nam deum
proprium est humane nature diligere autem re-
ligiosi cordis et recti. Diliges inquam dominum deum
tuum ex toto corde tuo id est ex toto intellectu
sine errore ut nullum in confessione divi-
nitatis locum errori relinquas et in tota
anima tua id est tota voluntate sine dilecta-
te et contradictione ut nichil contrarium ei ve-
lis et in tota mente tua id est tota memoria
sine oblivione nichil reminiscens quo minus
de deo sentias et ex tota virtute seu forti-
tudine tua ut vires tue et totum posse
sibi serviant et ad ipsum expandantur. Unde
Augustinus. Deum ex toto corde diligere precipis
ut omnes cogitationes tuas ex tota anima
ut omnem vitam tuam ex tota mente tua ut
omnem intellectum tuum in illum conferas
a quo habes ea que confers. Nullam ergo
vite nostre partem reliquit que vacare debeat
et quasi locum dare ut alia re velit frui sed quicquid
aliud diligendum venerit in animum illuc
rapiatur quo totus dilectionis impetus cur-
rit. Tunc est enim optimus homo cum tota
vita sua pergit in incommutabile bonum. Unde
et Criso. Quid est diligere deum ex toto
corde ut cor tuum non sit inclinatum ad
ullius rei dilectionem amplius quam dei. Pro quanto
enim parte cor tuum fuerit ad aliquam rem pro
tanta minus est ad deum. Quid est in tota
anima diligere deum id est certissimum animum
habere in veritate et firmum esse in fide
Qui enim credit apud deum esse omne bonum
et nichil bonum esse extra ipsum hic ex tota
anima diligit deum. Quid est in tota

Dnica xviii — Ps ii — Capitulum xxxvi

mente diligere deum Id est ut omnes sensus tui qui pertinent ad mentem deo vacent Cuius enim intellectus deo ministrat cuius sapientia circa deum est cuius cogitatio ea que dei sunt tractat cuius memoria que bona sunt recordatur tota mente diligit deum hec Criso. Secundum ber. toto corde i. sapienter contra suggestiones dyaboli ne seducamur tota anima dulciter contra delectationes carnis ne alliciamur tota mente fortiter contra pressuras mundi ne opprimamur Hec enim sunt tria que precipue retrahunt ab amore dei dyabolus caro et mundus ¶ Et subiungit hoc est maximum et primum mandatum Maximum dignitate quia de maximo scilicet deo diligendo primum ordine quia preceptum de diligendo deo precedit preceptum de diligendo proximo Et vere istud est maius nobilius et utilius inter omnia mandata implentur Ad hoc autem quod istud mandatum possit perfecte impleri quatuor requiruntur Primum est divinorum beneficiorum rememoratio quia omnia que habemus sive exteriora sive corpus et animam omnia a deo habemus Ideo oportet quod sibi de omnibus que habemus serviamus et eum corde perfecto diligamus Nimis enim ingratus esset qui cogitans aliquod beneficium eum non diligeret Secundum est divine excellentie consideratio deus enim maior est corde nostro et si toto corde ac omnibus viribus ei serviamus adhuc sufficientes non sumus nec satis facimus unde in ecc. Glorificate dominum quantum potestis supervalebit adhuc maior est enim omni laude Tertium est mundanorum et temporalium abdicatio Magnam enim iniuriam facit deo qui aliquid ei adequat quod sunt res temporales et corruptibiles sicut cum eo diligit nichil enim aliud vult quod diligamus quam eum quia ipse solus sine consortio vult possidere cor nostrum Quartum est omnium peccatorum vitatio quia nullus potest deum diligere in peccato existens scilicet mortali Ideo dicitur nemo potest

duobus dominis servire Unde si in peccato manes deum non diligis Non diligit deum superbus vel amator vane glorie qui pulverem vane glorie que nichil est deo preponit nec voluptuosus qui pro momentanea delectatione eum deserit nec avarus qui pro nummo vel pro nichilo eum amittit ¶ Deinde addit Secundum autem simile est huic non equale sed simile quia est de actu simili scilicet de dilectione vel de re simili deo scilicet de homine qui ad similitudinem dei factus est videlicet diliges proximum tuum sicut te ipsum i. ad id ad quod te ipsum scilicet ad iustitiam et salutem ad gratiam in presenti et gloriam in futuro et ad eandem beatitudinem ad quam diligis te Unde ly. sicut non denotat equalitatem quo ad quia primo et plus tenetur homo se diligere quam proximum ceteris paribus sed denotat similitudinem bonum optat ut velit proximum sicut se esse in gratia et amore dei Secundum dicitur sicut non est ordo nisi quantum ad materiam que est deus et proximus unum enim est preceptum de dilectione vel etiam est ordo causalitatis quia amor proximi causatur ex amore dei ideo dicit apostolus qui diligit proximum legem implevit quia causa intelligitur in causato et non econverso Dilectio igitur in deum origo est dilectionis in proximum et dilectio in proximum cognitio est dilectionis in deum Et sic dilectio in seipsum precedere debet dilectionem in proximum Unde aug. Prius vide si iam nosti diligere teipsum et committo tibi proximum quem diligas sicut teipsum Si autem non nosti diligere te ipsum timeo ne decipias proximum sicut te Et iterum Manifestum est autem omnem hominem proximum esse deputandum quia erga neminem operandum est malum Qui autem amat homines aut quia iusti sunt aut ut iusti sint amare debet Sic enim et seipsum amare debet aut quia iustus est aut ut iustus sit Sic enim diligit proximum sicut seipsum sine ullo periculo hec aug. Unde modus diligendi proximum attenditur secundum quatuor causas Primo secundum finalem

Anno dm̄ xxxvii

Talis ut diligatur proximus propter deum. Secundo secundum materialem scilicet ut diligatur bonum non malum. Tertio secundum formalem scilicet ut ordine debito citra deum et supra temporalia. Quarto secundum efficientem sive moventem ut quia homo non quia pater tamen vel filius vel domesticus vel amicus et hijs modis debet homo diligere seipsum. Et non secundum aug. quia primo diligendus est deus secundo anima propria tertio anima proximi. Quarto corpus proprium. Quinto corpus proximi.

Et infert In hijs duobus scilicet mandatis tota lex pendet et prophete quia totius decalogi et monitiones sive comminationes hic finem habent. Hec enim ut caritas introducatur intendunt. Tota quippe scriptura legis et prophetarum ad dilectionem dei et proximi ordinatur quidquid enim preceptum est in lege et prophetis hoc fine preceptum est ut deus et proximus diligatur. Et propter hoc omnia mandata et scripta legis ac prophetarum non sunt nisi quedam explicationes istorum duorum mandatorum quia omnia ad hec duo sunt ordinata. Item omnia precepta ad hec duo referuntur. Primum enim preceptum scilicet dilectionis dei ambit et implet omnia mandata prime tabule quia in eo continentur tria mandata de dilectione dei que scripta erant in una tabula. et secundum preceptum scilicet dilectionis proximi ambit et implet omnia mandata secunde tabule quia in eo continentur septem alia mandata de dilectione proximi que in secunda tabula erant scripta. Nam qui deum diligit ydola spernit dei nomen in vanum non assumit et diem sabbati sanctificat. Et qui proximum suum diligit honorat patrem et matrem non occidit nec furatur nec mechatur nec falsum testimonium dicit nec uxorem proximi vel aliam rem proximi vel aliam rem cuius concupiscit nam secundum Crisostomum sicut odium facere suggerit omne malum sic dilectio omne bonum. In tri-

Capitulum xxxvi

bus autem dilectio dei exprimitur ut omnes cogitationes omnes affectiones et omnis ratio humana qua intelligimus et discernimus in deum referantur et in diuinis rebus occupentur ut nichil remaneat in homine quod non diuine dilectione subdatur. Item duo sunt erga proximum dilectionem servanda ut et beneficiorum impensione foueatur et nulla malitia ledatur. Hoc est quod tibi non vis fieri alii ne feceris et omnia quecumque vultis ut faciant vobis homines et vos facite illis. licet igitur diuersa sint precepta quibus aut utilia que appetenda sunt cupimus aut que vitanda sunt utiliter precauemus vnum tamen sunt in radice caritatis quia omnia in dilectione dei et proximi facere debemus. Ita itaque dicit legem et prophetas referri ad duo mandata caritatis quia omnia ex hac dependent et ibi finem habent. Et quia ut ait Cris. Iudei estimantes xpm esse hominem purum temptabant eum nec enim temptassent si dei filium credidissent ideo volens xpc eis ostendere quia deus erat talem interrogationem eis proposuit ut ipsa interrogatio eis ostenderet quis esset. Quia enim ad passionem venturus erat opinionem falsam iudeorum corrigit qui xpm filium dauid non dominum eius esse dicebant et ut dicit Ieronimus palam eis de se loquitur ut inexcusabiles sint. Congregatis ergo phariseis qui ad temptandum venerant interrogauit eos ihesus. Quasi eis diceret. Multisque questionibus vris satisfecit tempus est ut in aliquo respondeatis michi. Interrogat ergo de illo quem credebant esse venturum quia presentem credere nolebant cuius filius esse debebat dicens. Quid vobis videtur de xpo. messia in lege promisso quem venturum creditis cuius filius est. Duplicater enim errant iudei circa xpm. Primo quidem circa personam non enim credunt eum fuisse xpm qui venit in mundum natum ex virgine

Sed ad huc expectant eum. Item errant circa eius naturam quia non credunt etiam quem expectant esse deum s3 purum hominem. De isto secundo errore eos interrogat cuius fili' sit et hoc ideo forte querit quia ex quo totam legem direxerat ad duo mandata dilectionis tamq̄ artificiosus legis lator volt ostendere xp̄c hec duo mandata reduci ī summe diligibile quod est xp̄c. Nichil enim diligit̄ tamq̄ deus et proximus nisi ipse xp̄c. ¶ Dicit ei dauid secundum illud psalmi. De fructu uentris tui ponam super sedem tuam. Credebant enim illum fore purum hominē de genere dauid unde dicunt dauid solum scilicet diuinitatem negando. Ait illis arguendo ī contrarium. Quomodo ergo si xp̄c est pur' homo ut uos creditis dauid cui occulta sapientie diuine manifesta sunt in spiritu sancto et prophetico non de corde suo proprio uocat eum dominum suum quod non liceret si eet filius eius dicens. Dixit dominus domino meo i. pater filio. Ipsi aut sic exponunt. Dixit dominus creator celi et terre domino meo i. messie. Quod ergo iste messias non sit pur' homo probatur tripliciter ex hoc verbo. Primo ex eo q̄ dauid uocat eum dominum et hoc sic. Nullus pr̄ filium suum qui traxit nat̄am suam ab ipso testatur dominum suum sed dauid spiritu sancto inspiratus testatur dn̄m suum xp̄m ergo non solum habet naturam quam traxit ab ipso s3 aliorem scilicet qua dicitur dominus eius s3 diuina quia non est homo filius et dominus alterius secundum eandem naturam ergo est alia natura sm̄ quam est filius et hec est humana. Alia sm̄ quam est dominus et hec est diuina. Secundo probatur idem sic. Quando dauid hoc dixit nondum messias homo erat quo ergo dominus eius erat qui nondum erat et qui non ante eum s3 post extitit ergo oportet ponē aliam naturam sm̄ quam ante eum erat. Tertio probatur id est ex hoc quod sequitur. Sede a dextris meis. Impossibile enim est purum hominem sedere a dextris dei. Dicat ergo dauid. Dixit dominus s3 deus pater domino meo i. xp̄o filio suo cuius dicere est equalem sibi filium generare. Ergo domino meo non secundum q̄ temporaliter homo factus est s3 sm̄ q̄ patris eternus filius. Sede quiete regnaturus a dextris meis i. in equalitate mea sm̄ q̄ deus uel in pocioribus bonis sm̄ q̄ homo quia ut sit in gloria post angelis donec ponam inclusiue non q̄ postea non sedeat quia semper sedebit. Inimicos tuos et inobedientes tibi scabellum pedum tuorum i. donec omnes rebelles tibi subiugauero uel bona et uoluntaria subiectione s3 ut credant te uerum deum et hominem sponte uel coacta subiectione ut in die iudicii puniantur et credant inuite tunc ut uelint nolint subiecti sint tibi sicut scabellum pedibus est subiectum. Hec enim subiectio complebitur in iudicio quando omnia perfecte subicientur homini xp̄o. Si ergo aliquid uocat eum dominum (dauid) secundum ueritatem quomodo filius eius est s3 tantum cum propagatione subiectus sit patri et magis sm̄ consuetudinem patrum antiquorum. Domus enim (pre) participes sunt et dn̄i dominii filiorum q̄ filii domini parentum. Filius enim debet esse subiectus patri et non dominari ei dicerēt. Cum sm̄ naturam humanam sit filius dauid et per consequens eo inferior oportet ponē in eo aliam naturam per quam sit dominus ei' et eo superior et hec est diuina ergo in xp̄o sunt due nature s3 diuina et humana. Est itaq̄ filius dauid et dominus s3 filius in q̄ntum homo dominus in q̄ntum deus et sic restat q̄ xp̄c est homo et deus. Non ergo errabant nec reprehenduntur quia xp̄m filium dauid dicunt s3 quia ipm putant hominem et non dei filium credunt. Xp̄c aut non tm̄ dauid s3 et dei filium se eē probauit et per auctoritatem

diuinos eos conuicit Et nemo poterat ei respon-
dere verbum quia non poterant scripturas
negare et irrefragabile erat argumentum
5 Neque ausus fuit quisquam ex illa die amplius
interrogare quia plane testimonio et ratione
erant conuicti unde Ieron. Ideo confutati ser-
monibus ultra non interrogant sed apertis-
sime comprehensum romane tradunt po-
testati Ex quo intelligimus venena inuidie pos-
se quidem superari sed difficile posse quiescere
Domine deus sanctificator meus
insiste michi legem tuam et toto cor-
de tota anima tota mente et ex omnibus uirib9
meis te diligam sed nec hoc valeo nisi tu dederis
michi tuus est omne domini bonum et omne
datum optimum Iubes te diligi da quod iu-
bes et iube quod vis Da etiam michi diligere
proximum sicut me ipsum ut hic gratiam et ibi glo-
riam consequamur in christum ihesum Da insuper michi
bone ihesu ut te christum nobis missum deum et ho-
minem corde credam ore confitear et opere con-
tester ut tibi nunc sponte tecum gaudeam sine
fine amen De scribis et phariseis in doctrina
audiendis sed non in vita imitandis xxiiii c.
Confutatis autem et taciti-
bus scribis et phariseis
qui dolose interrogabant
dominum ut temptarent eum
ne plebs et alii presentes sine pane doctrine
euanescerent locutus est dominus eadem
feria tercia ad turbas scilicet ad simplices et
imperfectos et ad discipulos suos magis doctos
et perfectos Unde Criso. Postquam dominus sa-
cerdotes responsione prostrauit et incorrigi-
bilem condicionem eorum ostendit sicut et
clerici si male fecerint inemendabiles sunt
layci vero delinquentes facile emendantur
tunc conuertit sermonem ad populum Instruc-
tiosum namque est verbum in quo sic alter
confunditur et alter non erudiatur locutus
est ergo ad eos instruens et docens scribas

et phariseorum doctrinam audiendam sed eo-
rum vitam non imitandam et nichilominus
hortans eos subici illis propter sacerdotium et
nominis dignitatem non opera sed doctrinam
considerantes multaque eorum crimina enu-
merans et alios ab eis dehortans unde dicit
Super cathedram moysi id est in auctoritate docendi
et iudicandi sederunt scilicet indigne scribe et
pharisei Cathedra doctorum est et ideo di-
cuntur sedere super cathedram moysi quia
docent quod docuit moyses ubi Criso. Mul-
ti sacerdotes et pauci sacerdotes. Multi in
nomine et pauci in opere videte ergo quomodo
sedeatis super eam quia non cathedra facit
sacerdotem sed sacerdos cathedram non locus sanc-
tificat hominem sed homo locum Non omnis sa-
cerdos sanctus est sed omnis sanctus sacerdos
Bene quidem viuendo et bene docendo populum instruis
quomodo debeat viuere bene autem docendo et ma-
le viuendo deum instruis quomodo debeat te
condempnare Ut autem dicit idem Criso. ne
aliquis dicat quod propter hoc desidiosior factus
sum ad agendum quia malus est doctor ideo
hanc destruit occasionem cum subdit Omnia
ergo ad cathedram pertinencia quecumque dixe-
rint vobis id est ad veram utilitatem seruate corde
et facite opere id est doctrinam non tamen simpliciter
quecumque sed illa tantum que moysi cathedre doctrine
que conueniunt et que a vera fide non discre-
pant nec diuinis repugnant mandatis nec
bonis obsunt moribus unde Criso. Omnia
autem que corrigunt mores et meliorem faciunt
vite modum et noui testamenti concordant legi-
bus et non dimittunt de reliquo subiugo legis
esse hec Criso. Ex quo patet quod etiam malis
prelatis et doctoribus bona docentibus est honor
obediencie exhibendus nisi in hiis que manifeste
sunt contra deum et sunt habendi in reuerencia
quamdiu tolerantur in officio suo quod patet per
exemplum dauid qui venerabatur saulem li-
cet sciret eum esse malum et a deo reprobatum